MEDICINAE DOCTORI
DUCIQUE ANHALTINO-COTHANO A CONSILIIS AULICIS,

SAMUELI HAHNEMANNO,

VIRO ORNATISSIMO ET ERUDITISSIMO

MEDICOQUE OPTIME MERITO,

ARTIS MEDICAE REFORMATORI, VERAEQUE INVENTORI CELEBERRIMO,

VIRO SUMMA AUCTO VIRTUTE, HUMANUMQUE IN GENUS BENEFICENTISSIMO,

MAGISTRO VERECUNDISSIMA MIHI CULTO PIETATE,

ANNUM OCTOGESIMUM INTRANTI

JAHRIUS DISCIPULUS.

SALUTEM DICIT QUAM PLURIMAM.

COTHENIS
TYPIS AUEANIS
1834.

Sit Tibi fausta dies, toti quae prospera luxit
Humano generi, cum Tibi prima foret.
Multi exinde dies jam praeteriere laborum:
Exstitit immensum mente laboris opus,
Magna mente Tua, crescitque affertque salutem;
Nunc vivunt homines, integra vita viget!
Multa tamen restant, operi imponenda corona,
Ingens ingenti; tempore magna valent.
Quem deceat potius, poterit quis perficere illud
Ipse nisi sapiens inclytus auctor opus?
Det Tibi, det generi nostro Deus Optimus, annos
Ut longos etiam nunc valeasque et agas.
Sit Tibi vita salusque animusque elatus et ipsi,
Quanta aliis a Te vita salusque fluit.